IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 90r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



hom̄ ade et eue hoc non attendunt sed sunt vani terrena
appetentes ut auari mendaces in stateris ut cupidi qui
falsis ponderibus student alios decipe vel ut heretici q̄
in exponendis diuinis scripturis sunt mendaces ut simpli-
ces in aliquem inuoluant errorem studia autem horum
in hoc conueniunt q̄ de vanitate ad vanitatem tendunt
alios in idipm̄ vanitates ducentes ut socios sibi consti-
tuant

Vox ecclesie o uos filij Nolite sperare in iniquitate in
malicia quia inde nulla vtilitas nascit sed potius eterna
dampnatio procuratur et ad pauperes ait et rapinas nolite concu-
piscere auferendo aliena p violenciam Non enim pt crimen ra-
pine indigenciam tollere Et ad diuites ait diuicie si afflu-
ant nolite cor apponere ut eas summū bonū putetis ut ille
qui non habet non ambiat et ille qui habet non su-
perbiat

Nolite hec mala facere quia Deus semel i. impmutabilr
locutus est et eo loquente duo hec audiui que omnes
diuine scripture ꝯtinent scz q̄ ptas dei est ad puniendū
malos et mia ad remunerandū bonos quia tu reddes vni-
cuiq; iuxta opera sua

Ps 62 In quo monet recte conuersari in medio
nationis praue et puerse

Ecclesia necessitatibus huius vite estuans clamat

Deus deus meus ad te vigilo
te solum desiderans et laudare cupiens et ad hoc
~~et hoc ad~~ excitasti me luce tue gre

Ideo vigilo quia Sitiuit venire ad te anima mea fontem
viuū in quo plenam inuenire refectionem et inquieta ē
donec quiescat in te sitiuit hoc quidem ad laudem tuam et